

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0639

Sabato 05.12.2020

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ **Le Udienze**
- ◆ **Rinunce e nomine**
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alle celebrazioni del centenario dell'Arcidiocesi di Łódź (Polonia) - 12 dicembre 2020**

◆ **Le Udienze**

Il Santo Padre Francesco ha ricevuto questa mattina in Udienza:

- Em.mo Card. Marc Ouellet, P.S.S., Prefetto della Congregazione per i Vescovi;
- S.E. Mons. Giuseppe Satriano, Arcivescovo di Bari-Bitonto (Italia).

[01493-IT.01]

◆ **Rinunce e nomine**

[Nomina del Vescovo di San Martín \(Argentina\)](#)

[Nomina di Membri della Congregazione delle Cause dei Santi](#)

Nomina del Vescovo di San Martín (Argentina)

Il Santo Padre ha nominato Vescovo di San Martín (Argentina) Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Martín Fassi, finora Vescovo titolare di Dionysiana ed Ausiliare di San Isidro.

Curriculum vitae

S.E. Mons. Martín Fassi è nato a San Isidro il 14 novembre 1960 ed è stato ordinato sacerdote per la medesima Diocesi il 14 dicembre 1984.

Ha svolto i seguenti incarichi: Vicario Parrocchiale della *Purísima Concepción* di General Pacheco; Formatore e Professore del Seminario Interdiocesano *Nuestra Señora de la Encarnación* a Resistencia; Missionario nella Diocesi di Holguín (Cuba), Vicario Generale della Diocesi di San Isidro e Direttore Spirituale del Seminario Diocesano. Inoltre, è stato Responsabile della Formazione permanente del clero della Diocesi.

Il 17 novembre 2014 è stato nominato Vescovo titolare di Dionysiana ed Ausiliare della Diocesi di San Isidro e ha ricevuto l'ordinazione episcopale l'11 dicembre successivo.

Nella Conferenza Episcopale Argentina è Membro della Commissione per i Ministeri.

[01494-IT.01]

Nomina di Membri della Congregazione delle Cause dei Santi

Il Santo Padre ha nominato Membri della Congregazione delle Cause dei Santi gli Eccellentissimi Monsignori: **Filippo Iannone**, Presidente del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi; **Felice Accrocca**, Arcivescovo di Benevento; **Luigi Vari**, Arcivescovo di Gaeta; e **Paolo Selvadagi**, Vescovo Ausiliare di Roma.

[01497-IT.01]

◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alle celebrazioni del centenario dell'Arcidiocesi di Łódź (Polonia) - 12 dicembre 2020**

In data 10 ottobre 2020, l'Em.mo Card. Konrad Krajewski, Eremosiniere di Sua Santità, è stato nominato dal Santo Padre Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del centenario dell'Arcidiocesi di Łódź, previste per il 12 dicembre 2020.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia, composta dai seguenti *ecclesiastici*:

1. Mons. Bodgan NOWACKI, Canonico emerito del Capitolo dell'Arci-Cattedrale di Łódź, Padre spirituale del Movimento *Luce Vita* nell'Arcidiocesi di Łódź
2. Mons. Józef JANIEC, Canonico onorario del Capitolo dell'Arci-Cattedrale di Łódź, confessore delle suore e degli alunni del Seminario di Łódź.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Krajewski:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro

CONRADO S.R.E. CARDINALI KRAJEWSKI

Eleemosynario Apostolico

Insignem sane Lodziensem Ecclesiam novimus mox celebraturam centesimam anniversariam memoriam a sua institutione: quae laeta commemoratio profecto causa est ut fideles eiusdem pro divinis beneficiis tot per annorum spatium concessis imo ex corde misericordi Deo gratias agant simulque, heredes consciit uberis patrimonii, magis magisque studeant fidem corroborare, communionem fovere et hominibus quovis auxilio indigentibus summa caritate succurrere.

Sicut quondam Decessor Noster Benedictus XV benigne accepit petitionem, ut propter populi salutem aeternam dioecesis Lodziensis institueretur, ita Nos, huius dilectissimae Ecclesiae desiderantes spirituale progressum, libenter volumus favere celebrationibus iubilaribus et laudare incepta, hac obveniente opportunitate, inchoata sub diligent moderamine Venerabilis Fratris Gregorii Ryś, Archiepiscopi Metropolitae eiusdem Sedis.

Quam ob rem cupimus illuc ut Legatum Nostrum dignum Patrem Purpuratum mittere ut per eum affectus et aestimationem Nostram Pastoribus et Christifidelibus ibi degentibus ostendamus. Te igitur, Venerabilis Frater Noster, ad honorificam certo hanc missionem explendam aptum arbitramur, qui amatissimae illius communitatis eminens Filius, fidus Noster es cotidiana sollicitudinis de pauperibus et indigentibus Socius uti Eleemosynarius Apostolicus. Ideo nominamus te **Nostrum Missum Extraordinarium** ad celebrandam centesimam anniversariam memoriam a die quo condita est dioecesis Lodziensis, quae interea archidioecesis metropolitana facta est, sed ante omnia, manens in Christo, sicut palmes in viti vera, fert fructum multum (cfr *Io* 15,5), qui sunt tot Sancti, Beati et Servi Dei hoc per saeculum ibidem viventes et operantes. Ex iis autem nominatim memorare cupimus Servam Dei Stanislavam Leszczyńska, praecaram illius terrae filiam, quae, veluti mater ac obstetrix, etiam oppressoribus in campo captivorum constipationis repetebat numquam licere infantes occidere, quaeque iugiter vitae serviit.

Cum sanctitatis exempla contemplamur, nempe testificationes quae utiles sunt ad nos concitandos et permovendos, studeamus unusquisque suam viam reperire et meliora ex se trahere. Omnes ad testimonium reddendum vocamur (cfr *Gaudete et exsultate*, 11). His verbis vix duos ante annos, credentes ad renovandum continuum sanctitatis studium invitavimus. Quae vero nunc per Te, Venerabilis Frater Noster, ad carissimam Tibi et Nobis communitat Archidioecesis Lodziensis repetere cupimus.

Die igitur XII proximi mensis Decembris illic vices Nostras ages, praesidebis liturgicis ritibus in cathedrali ecclesia sancto Stanislawo Kostka dicata itemque inchoabis celebrationes Anni Iubilaris. In hac occasione omnes nomine Nostro salutabis atque ad renovatum studium apostolicum hortaberis ita ut, vi spei quae ex fide oritur, amore erga Deum accensi eucharistica pietate, actuosa caritate ac tota vita laudes Ipsi praebeant, quoniam in aeternum misericordia eius.

Nos precibus tuam sustinebimus magni ponderis missionem, dum iam nunc enixe te, Venerabilis Frater Noster, committimus amantissimae tutelae Sanctae Dei Genetricis Virginis Mariae Reginae Poloniae et sancti Ioannis Pauli II, qui eodem anno natus est ac Lodziensis illa communitas, quam etiam uti Supremus Pastor ipse invisit. Apostolicam denique Nostram Benedictionem copiose tibi imprimis elargimur, cum omnibus ad quos mitteris profuse communicandam.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXVI mensis Novembris, anno MMXX, Pontificatus Nostri octavo.

FRANCISCUS

[B0639-XX.01]
